

III.

NEOVIDENSIS

Nro. 74. (*Neovidensis* 1806. Nro. 67.)

Ex Campis Elysiis

Colloquium Politicum

vita functorum.

Elysium -- Meum. - Die Veneris 2, Septemb. 1806 (Neov. 19. Aug)

Postquam - - - evertere gentem
Immeritam visum superis, ceciditque superbum
Imperium.

Æneid. l. 3. v. 1.

Colloquentes umbrae:

Romanum, et Germanicum Imperium.

Romanum Imperium. Salve in campis Elysiis Germanicum Imperium! Tu ex meis ruinis surrexisti, et longiorem tulisti aetatem, quam omnia praeterita Regna.

Germanicum Imperium. Sic transit gloria mundi. Inde a Carolo Magno, ab anno 800 usque hodie, adeoque ferme 1006 annis steti; et ab Ottone Magno, qui A. 930 Aquisgrani coronatus erat, audiebam Germanicum.

Romanum I. A Julio Caesare, qui anno 48 ante Christum natum me, Romanum Imperium, condidit, summae rerum praefui usque ad annum 800 ergo tantum 848 annis. Ex me proguata sunt duo Imperia, orientale, et Occidentale. Haec ego jure in sensu

politico meos filios nominavero. Orientale duravit solummodo ab anno 802, usque ad Constantinum Paleologum 1453, et eversum est, tu vero, antiquum Germanicum Imperium! te usque ad hodiernam diem conservasti.

Germanicum I. Sed omnino inter multas procellas. Quoties fui proximum interitui! Tricennale bellum, frequentia interna bella et multae mihi ereptae provinciae me saepenumero in gravissimum conjecerunt periculum; Verum omnia mala semper feliciter superavi, et forte incolumitatem meam non possum meis dispersis viribus adscribere, sed potius probae meae nationis indoli; usque — ad ultimos annos —

Romanum I. Absterge lacrimas, Venerabile Imperium! Nihil est sub sole stabile; scripsisti te sacrum Romanum Imperium, et jam dudum nec romanum fuisti, nec sacrum; nullum politicum dogma unitatis quod solum imperia sustentat, apud te vigeat; habuisti quidem monarchicas formas, sed nullam monarchicam leges ferendi potestatem. Nulla tamen habita ratione horum defectuum, inter omnia regna, et imperia, quae hactenus extiterunt, te quam diutissime incolumem servasti.

Germanicum I. Considera, quo animo semper fuerim. Caesar regnavit sine ullo praemio, in administratione tamen imperii ingentes illi faciendi erant sumtus ex suo aerario ad sustentandam Imperii Germanici gloriam. Ubi est reperire idmodi Imperantem?

Romanum I Gallici scriptores tuum interitum jam dudum praedixerunt. Praeses de *Thou* ita habet: Extra omne dubium positum est Imperium Germanicum admodum potentibus partibus constare potentissimumque Statum effecturum esse, si, qui ejus partem constituunt, communem salutem unanimi consensione promovendi, adque eam conferendi animum voluntatemque haberent. At vero Imperium hoc multis difficultatibus laborat. Potestas supremi Imperantis restricta est, neque obsequium procurando est. Metus, diffidentia, invidis inter partes dominatur, nemo vicino cedere vult, maximi argumenti negotia in Civitate singularium controversiarum, exiguarumque praetensionum gratia negliguntur; limites male custodiuntur, neque muniuntur, copiae imperiales paucitate laborant, res militaris solo domestico milite nititur, subsidia belli non eo, quem patriae defendendae studium deposcit, fervore subministrantur, quoniam quisque erogationes metuit. Celebrata haec Germanici Status libertas nihil est, praeter exercitium arbitrariae potestatis, quae a nonnullis ita dictis Imperantibus exercetur, quamque Imperatori restringere integrum non est. Haec agendi ratio asylum in urbes imperiales accepit, quae imbelles sunt, jamque ab iisdem ceu particularibus exercetur, quin ad majores publicas suppetias confugere oporteat. Tribunalia Imperialia stipendiis exiguis gaudent proque litium coram iis cognoscendarum numero, multo pauciora sunt, in quibus certitudo in Causarum tractatione vigens,

apud exterarum nationum adagio ferme occasionem praebuit.

Germanicum I. — Callebant haec omnes in Germania, at quis constitutionem atrectandi animum habuisset?

Imp. Rom. Napoleon venit, et jam ea non est amplius.

Imp. Germ. — Ego vero adsum, in campis Elysiis, an resurrectionem non credis?

Imp. Rom. Ut amphibologicam hujusce modi quaestionem obmovere potes? lege sis articulum, qui subjicitur *Parisiis* de dato 15 hujus, et percipe ut omnes sui dimissioni acquiescant.

Germ. Imp. — (Inter suspiria legit) Paginae officiosae hodie sequentia complectuntur: — „In fortunis ducimus, necessariam cognitionem percipere nos potuisse, ad publicam in argumento vagorum de praesenti rerum articulo rumorum fidem praestandam, et ad id faciendum potestate nos instructos esse. Cunctae difficultates, quae in Germania locum habebant, sublatae sunt. Austria Rhenanae Confoederationi assensit, nomenque Imperatoris Austriae Domum hanc reliquis Caesaris domibus ordinis praerogativa exaequat. Prussia eadem ratione Rhenanam Confoederationem probavit, prout et novissimas in Germania ordinationes. Majestas Prussica D. ab *Humboldt* suum ad aulam Neapolitanam plena cum rerum gerendarum potestate instructum Ministrum denominavit; idem in aula Regis Hollandiae et Magni Ducis Cliviae et Montis ministros renunciavit. Penes Gene-

ralem, qui dicitur, Stabum, necessariae prae-
 viae agendi rationes pro reditu majoris exer-
 citus praeparantur, et solennia Pacis ineun-
 tibus Calendis Octobris locum habebunt. Ne-
 gotia hac ratione Continentis definita sunt,
 ut is durabilis tranquillitatis spe teneri valeat,
 frustra auro animos expugnandi tentamen
 susciperetur, nullus Imperantium deprehendi
 videtur, cui subditorum suorum sanguis
 venalis foret. Ratificationes Tractatus Pacis
 cum Russia die 15 labentis Petropoli permu-
 tabuntur, et quaecunque novissime ex hac
 metropoli nunciata sunt, argumentum praebent
 pacificorum Imperatoris Alexandri consilio-
 rum, produntque votum ejus conferendi ope-
 ram ad pacem orbi procurandam. In Anglia
 populus pacem anhelare videtur. D. Fox
 pluresque de Collegio secreto, in specie: *Ers-
 kine, Lord Petty, Lord Howich, D. Scheridan*
 pari desiderio teneri observantur. Tractatio-
 nes, quae a Martio agitabantur, ad maturita-
 tem suam pervenerunt, ipsa pax, ut rumor
 ferebat, in articulo subscriptionis substitit,
 at gravis Foxii valetudo, quodque Collegio
 abfuerit, omnia rursus incerta reddiderunt,
 quaeque maximopere intererant, rursus in
 diplomaticarum velitationum, latinarumque
 Formularum et abstractionum Labyrinthum
 relapsa sunt. Foxius perplexo morbi genere
 vexari videtur; Novissimi Londino nuncii
 perhibent: eum pluribus chirurgicis opera-
 tionibus subjectum fuisse, quae vitae secu-
 ritatem pollicentur quidem, aliquanto tamen
 tempore quieti indulgendi eidem necessitatem
 imponent.

apud exterarum nationum adagio ferme occasione praebuit.

Germanicum I. — Callebant haec omnes in Germania, at quis constitutionem atrectandi animum habuisset?

Imp. Rom. Napoleon venit, et jam ea non est amplius.

Imp. Germ. — Ego vero adsum, in campis Elysiis, an resurrectionem non credis?

Imp. Rom. Ut amphibologicam hujusce modi quaestionem obmovere potes? lege sis articulum, qui subicitur *Parisii* de dato 15 hujus, et percipe ut omnes sui dimissioni acquiescant.

Germ. Imp. — (Inter suspiria legit) Paginae officiosae hodie sequentia complectuntur: — „In fortunis ducimus, necessariam cognitionem percipere nos potuisse, ad publicam in argumento vagorum de praesenti rerum articulo rumorum fidem praestandam, et ad id faciendum potestate nos instructos esse. Cunctae difficultates, quae in Germania locum habebant, sublatae sunt. Austria Rhenanae Confoederationi assensit, nomenque Imperatoris Austriae Domum hanc reliquis Caesareis domibus ordinis praerogativa exaequat. Prussia eadem ratione Rhenanam Confoederationem probavit, prout et novissimas in Germania ordinationes. Majestas Prussica D. ab *Humboldi* suum ad aulam Neapolitanam plena cum rerum gerendarum potestate instructum Ministrum denominavit; idem in aula Regis Hollandiae et Magni Ducis Cliviae et Montis ministros renunciavit. Penes Gene-

ralem
viae
citus
tibus
gotia
ut is
frustr
suscipi
videt
vena
cum
tabur
metre
pacifi
rum,
ram
popu
plure
kine,
pari
nes,
tem
fereb
at gr
abfu
quae
diplo
Form
relap
vexa
perh
tion
ritate
temp
impo

ralem, qui dicitur, Stabum, necessariae prae-
 viae agendi rationes pro reditu majoris exer-
 citus praeparantur, et solennia Pacis incun-
 tibus Calendis Octobris locum habebunt. Ne-
 gotia hac ratione Continentis definita sunt,
 ut is durabilis tranquillitatis spe teneri valeat,
 frustra auro animos expugnandi tentamen
 susciperetur, nullus Imperantium deprehendi
 videtur, cui subditorum suorum sanguis
 venalis foret. Ratificationes Tractatus Pacis
 cum Russia die 15 labentis Petropoli permu-
 tabuntur, et quaecunque novissime ex hac
 metropoli nunciata sunt, argumentum praebent
 pacificorum Imperatoris Alexandri consilio-
 rum, produntque votum ejus conferendi ope-
 ram ad pacem orbi procurandam. In Anglia
 populus pacem anhelare videtur. D. Fox
 pluresque de Collegio secreto, in specie: *Ers-
 kine, Lord Petty, Lord Howich, D. Scheridan*
 pari desiderio teneri observantur. Tractatio-
 nes, quae a Martio agitabantur, ad maturita-
 tem suam pervenerunt, ipsa pax, ut rumor
 ferebat, in articulo subscriptionis substitit,
 at gravis Foxii valetudo, quodque Collegio
 abfuerit, omnia rursus incerta reddiderunt,
 quaeque maximopere intererant, rursus in
 diplomaticarum velitationum, latinarumque
 Formularum et abstractionum Labyrinthum
 relapsa sunt. Foxius perplexo morbi genere
 vexari videtur; Novissimi Londino nuncii
 perhibent: eum pluribus chirurgicis opera-
 tionibus subjectum fuisse, quae vitae secu-
 ritatem pollicentur quidem, aliquanto tamen
 tempore quieti indulgendi eidem necessitatem
 imponent.

Tum sequuntur haec Badensis :
 Nos *Carolus Fredericus* Dei gratia Magnus
 Dux Badensis, Dux Zähringensis etc. me-
 moriae commendamus sequentia :

Mutationes, quas in Constitutione austra-
 lis et occidentalis partis Imperii Germanici
 adjunctorum rationes protulerunt, aequae ac
 earum motiva ex declaratione, prima hujus
 mensis Conventui Imperiali, qui ad praesens
 viguit, facta, satis superque nota sunt. Per
 Rhenanum Foedus, quod memoratam Decla-
 rationem seu fundamentum praecessit, Nobis
 non modo, cum pluribus aliis Regibus, Ma-
 gnis Ducibus et Principibus de pleno absolu-
 toque Imperio securitas data est, verum prae-
 terea Nobis, praeter nonnullas completiones,
 nostrae per Posoniensem pacem obtentae pro-
 vinciarum accessionis, erga cessionem alia-
 rum remotarum partium potentialium ex prio-
 ribus nostris ditionibus, exercitium quoque
 supremi domini in Principatus Fürstenbergici
 ditiones (demtis Dominiis Gundelfinga, Neu-
 fra, Frochtelfinga, Jungnavia, et ad laevam
 Danubii siti Dominiis Möskirch) in Principa-
 tus Arausiensis Dominium Hagenoviae, Prin-
 cipatus Auersbergici Principatus nomine in-
 signem Comitatum Thengen, Princip. Schwar-
 zenbergici Landgraviatum Klettgaviam, Co-
 mitis Leining. Dominia Billigheim, et Neide-
 nau, Principatum Leiningen, possessiones
 Principis ac Comitatus a Lövenstein-Wertheim
 (ad laevam Moeni;) excepto Comitatu Lö-
 wenstein. et portione eo pertinente ex Comitatu

Limb
 Breub
 nomi
 Kraut
 adjud
 ne leg
 mum
 finitls
 sens
 adhu
 I
 tibus
 ab ae
 per L
 entem
 porro
 nani
 partin
 sitos
 num i
 catum
 sita E
 juxta
 stro S
 cum
 juribu
 his au
 provi
 mus,
 nostre
 tradit
 gallic
 tui, et
 et jur

Limburg Gaildorf, et Dominiorum Heubach, Breunberg, et Habizheim, denique in Princip. nomine insignis possessiones Salm-Reiferscheid Krautheimenses ad borealem regionem Jaxtii, adjudicatum est, cujus eminentis dominii nomine legislativa. et judiciaria potestas, Jus supremum Politiae, in militiam, et Jus tributi cum definitis pro proprietariis provinciarum et qui praesens usque imperio praefuere, determinandis adhuc modificationibus continetur.

In quorum conformitate itaque praesentibus declaramus cum primis universos Nobis ab aevo Jure hereditario competentes, tum per Lunevillensem Tractatum et eum excipientem Imperialem Deputationis Recessum, porro Poseniensi Pace, denique foederis Rhemani Tractatu Nobis partim Jure proprietatis, partim supremi et hereditarii dominii acquisitos Principatus, Comitatus, et dominia in unum indivisibilem Statum, atque Magnum Ducatum conjungimus et ideo assumimus seposita Electorali dignitate titulum Magni Ducis juxta specialem significationem, ex intimo nostro Senatus collegio eatenus emanaturam, cum omnibus Regiae dignitatis inhaerentibus juribus, honoribus, et praerogativis, et cum his auspiciamur regimen in recenter acquisitis provinciis; quapropter ordinamus, et volumus, ut eadem in locum nostri, et nomine nostro interea exercentur, usque dum post traditas has provincias, ex parte Caesarei gallici mandatarii, de uberiori forma exercitui, et modi separandi patrimoniale dominium, et jurisdictionem nuper accedentium ordinum

(de quibus in ordinem redigendis illico agemus) clariorem constitutionem facere poterimus. Interea expectamus, ut possessores harum nobis adjunctarum provinciarum, ab omni nexu, et subjectione erga priora Imperii seu feudi, seu justitiae collégia, uti etiam ab omni solutione publicorum, circuli, belli, aut justitiae tributorum (postrema tamen, sed tantum a proximis nundinis autumnalibus, post quas cessabunt, ultima vice solventur) et circuli tributorum (exceptis jam indictis) abstinebunt; Non enim patiemur, ut causae in supremo nostro tribunali decisae, quae prius ad iudicium Imperii germanici appellabantur, extra regnum ad fora peregrina deducantur, quin potius mandamus, ut cunctæ Bruchsaliae in supremo nostro iudicio examinentur, definianturque. Contra fidem nostram interponimus, nos adjunctos nobis Principes, et Comites, eorum famulos, et subditos secundum puncta confederationis iuste tractaturos, eorum vota libenter exaudituros, sapienter expensuros, atque, quantum fieri poterit, effectui daturos.

De Principio comemoratis, et titulo indemnitate nobis obvenientibus locis, uti etiam de equestri ordinis possessionibus, quas potissimum vi foederis Rhenani partim ut proprietatem, et supremam potestatem, partim tantum respectu supremae potestatis obtinuimus, ex gravibus rationibus reservamus nobis jus plura declarandi. Interea manemus omnibus nobis adhaerentibus, et nostris subjectis paterna benevolentia, et gratia addicti. Datum Badenae 13 Augusti 1806.

N

N

Secre

Elysiu

O

to li
res,
ab A
qui
mora
te ad
gabi
Aud
rigin
est,

mun
mori
hom
pus
omn
Imp
va,
cti p